

1536. iei 12. Xbris

567


Sigismundus I. Rex Poloniae
Antonio Cardinali Protectori.

176
Reverendissime Pat. Scripseramus aliquot exactis mensibus ad Sanctissimum Dominum nostrum postulantes, ut reverendo Domino Joanni Chojenski Episcopi Plocensis, cuius opera atque consilio in maximis rebus utimur, potestas fieret, primum omnium sacerdotiorum in ipsius Diocesi, quae sane pauca sunt, quorum collocandorum jus ad sedem Apostolicam pertineret. Deinde in alijs quoque Diocesibus quorundam, atque ea negotia paternitati vestrae reverendissime commendaveramus. Nunc retulit nobis idem Dominus Episcopus Plocensis eorum quidem sacerdotiorum, quae in sua Diocesi essent, factam sibi esse protestationem, quoad Sanctissimo Domino nostro visum esset. Alterum vero, quod postulaveramus, quum promissum esset usque ad certum quendam modum, non esse tamen perfectum, persuasione quorundam infima sortis ac turbulentorum subditorum nostrorum, qui sic de nobis et de regno nostro meriti sunt, ut reverti eo unde orti sunt non ausint. In quo utroque parum valuisse preces nostras non moleste ferre non possimus, quum et nihil iniqui petamus, et

tanta

OS

et tanta sumus in istam sacrosandam
sedem apostolicam observantia, quan-
ta non multi principes Christiani
hoc tempore. Neque satis mirari pos-
sumus adeo petere istius aures in
probris susurronibus, veteratoribusque.
Deinde in illo quoque altero nihil
certi inest, quum liceat, quoties li-
buerit, quod concessum est eidem, qui
concepit retractare. Quod cum ita
sit, quumque impetrari haec non
magis Domini Episcopi Plocensis,
quam nostra et regni nostri, quibus
ille servit, pariter cum ijs, ad quos
ea sacerdotia deferre cogitat, inter-
sit, interim eandem res diligentius a
Sanctissimo Domino nostro petimus,
nempe ut domino Episcopo Plocensi
ea gratia, quam in sua Diocesi obti-
nuit dum vivet, aut certe dum erit E-
piscopus Plocensis rata et firma sit,
et ut in alijs quoque Diocesibus jus habeat
nonnullorum Sacerdotiorum conferendo-
rum. Quae res permultum nostra qui-
dem sententia etiam ad tuendam et am-
plificandam orthodoxam religionem
et publicam tranquillitatem pertinet.
Nam Dominus Episcopus, Plocensis
quemadmodum ipse usibus reipublicae

Christiane


Christiano sese libenter impendit, si
 ea sacerdotia in idoneos viros collocata:
 rus est proculdubio, qui moribus atque
 doctrina sua magnum operae pretium
 in religione Christiana facturi sint, a
 vestra quoque paternitate reveren-
 disima postulamus ne conquiescat, Do-
 nec ea res nobis studio diligentiaque
 sua perfecerit. Erit id nobis magnope-
 re gratum quod reliquum est, cupimus
 paternitatem vestram reverendissimam
 sospitem et felicem esse. Craovia die
 2. Xbris 1536. ~

Faint, illegible handwritten text at the top of the page, likely bleed-through from the reverse side.

et in hac parte...
inter...
Chancelierus...
nempe ut dominus...
ea oratio quam in sua...
nisi dum...
presup...
et ut in alijs...
nonnullorum...
rum...
Dei...
plificandam...
et publicam...
Nam Dominus...
quem admodum...

Christiana